

Responsum
 à Sigismundo Primo Rege Poloniae
 datum Episcopo Vatislaviensi —
 in negotio matrimonii Elisabethae Scaevae.

146

Quemadmodum Andrea Domini-
 natio vestra nomine Illustri Principis, Frideri-
 ci Ducis Silesiae, petiit et postulavit à Sacra
 maiestate Regia, ut iudicasset ejus Inclitum Prin-
 cipem Dominam Elisabetham Germanam suam,
 ejus Illustri in matrimonium collocare dignaretur.
 Ejus Sacra maiestas permota ipsius Domini Ducis
 eius, tam generis amplae et vetustae dignitate,
 quam etiam meritis, virtute, et reliquiis tum
 corporis, tum animi ipsius egregiis dotibus
 de singulari suo affectu, et Regia benevolen-
 tia, de qua consensu et voluntate Principis Do-
 mini Hungariae et Bohemiae Regis, Fratris
 majoris sui Charissimi, annuere dignatus, pre-
 ceibus et postulationi Illius Illustri, et quod fa-
 cillimum faustumque sit, amantissimam illi soror-
 em suam in uxorem spondet. Sperans, quod
 ejus Illustri ita se in hac conjunctione et affi-
 nitate geret, ut concepta de eo spes et existimatio

postulare vide

postulare videbuntur. Optatque Eius Sacra
Mada, ut Deus Immortalis, cujus metu, cum
omnes alie res, tum Connubia ipsa, Disponat,
matrimonium ipsum fortunare, et provehere
Dignetur, in augmentum imprimis Rei Chri:
stiane, et Dominionum, tam Eius India, qua
Domini Ducis tranquillitatem et consolationem. —

DD